



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXXIX. Ioannis Papae VIII. Ad Lvdovicvm Regem. Miratur, quod filiabus Bosonis, pro quibus alias rogauerat, hereditatem iure debitam non restituerit; iterumque monet, vt ipsam hereditatem ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

uum duceret. Ecce enim, auxiliante Deo, Papiam venimus: quapropter monentes mittimus & apostolica auctoritate hortantes iam tertio mandamus, ut presentialiter ad nos carissimi, tamquam ad patrem venire debeatis, & ut alii veniant, alter alterum incitet, & has literas primo legens remittere aliis procuret: quatenus venientes vna nobiscum de statu sanctarum Dei ecclesiarum & quiete reipublicæ & nostra vestraque omnium salute Synodum celebrantes, tractemus; in quibus dilectissimi filii, ne vestra caritas tepeat, neve religiositas inobediat, sed compatia-
Apost. 3. tur, ut oportet, ac doleat: quia scriptum est, qualiter tepidus sit iure vomendus, & qualiter per inobedientiam culpa, quæ non fuit, fit, & qualiter qui non compatitur, decreto pontificali feritur. Data ut supra.

EPISTOLA CXXIX.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD LVDVICVM REGEM.

Miratur, quod filiabus Bosonis, pro quibus alias rogauerat, hereditatem iure debitam non restituerit; iterumque monet, ut ipsam hereditatem integram eis restituat.

Hludouico regi glorioso gloriosi quondam regis Ludouici filio.

IAM enim magnitudinem vestram fili carissime apostolicis monuimus literis, hortantes pro filiabus Bosonis dudum comitis & Ingeltrudis coniugis, quibus iure hereditas deferri omnium legum auctoritate conceditur, proprietates reddere studeretis. Sed, ut cernimus, inauditi remansimus: quod miramur, & mirantes dolemus, cum vestra proles apostolicis censuris semper obediat, & præ omnibus regibus iudicium faciat. Ut rex Dauid cecinit, *honor regis iudicium diligit*. Nonne legistis: *Quoniam iustus Dominus iustitiam diligit, & æquitatem videt vultus eius?* Ceterum reclamationem filiarum iam dicti Bosonis audiuius, ut ipsas, ipsius, matrisque earum proprietates, Ingeltrudis, alias vos teneatis, alias vero vestris tenere quibus ipsa post iudicium sibi illatum sine viri consensu dederit, tenere permittatis, quod nefas est, & contra omnium legum prorsus auctoritatem. Quid enim vxor sine viri consensu agere potest?

Psal. 98.

Psal. 10.

test? quanto magis hæc mœchans, quæ diuino gladio, cense-
 sente domno papa Nicolao prædecessore nostro interiit? Nicolaus
 in epist. 64.
 Regino. 1.2.
 chronic.
 & humano pro parte facto stupro, puniri debuerat? Non-
 ne Ioannes papa Romanus, & Iustinianus inclytus impera-
 tor legem Romanam facientes, scripserunt ita? Capitali
 crimine damnatorum bona non ad lucrum præfidis, sed
 cognatis punitorum reddi oportet. & alibi: Omnibus gra-
 dibus cognatorum in hereditate sumenda præferendi sunt
 filii. Vnde liquido patet, gloriosissime rex, vt nec vos, nec
 cognati eorum, nisi ipsæ filia quæ sunt legitimæ, illos allo-
 des habere debent; qui vero nati sunt post crimen illarum,
 spurii sunt, nec hereditare debent, vt præfatus papa, &
 imperator scripserunt ita: Spurios satis iniuriosos, satisque
 acerbos, ac nostris temporibus semper indignos esse diu-
 dicamus. Quapropter, vt rogauimus, iterum iterumque
 rogamus, & hortantes monemus, vt harum reclamatio-
 nes, harum & gemitus vestra regia dignitas hauriat. Et pro
 apostolorum principum reuerentia, a quibus petiere au-
 xilium, & pro nostro amore integriter ipsas proprietates,
 quas vos allodes dicitis, reddat, & vestros omni occasio-
 ne remota reddere faciatis. Data vt supra.

EPISTOLA CXXX.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD SVPPONEM COMITEM.

Miratur eum sibi, vt decebat, non occurrisse. certio-
 rem reddit de his quæ cum Ludouico rege egit.
 monet vt ad se veniat.

Dilecto filio Supponi illustri comiti.

CVR fili carissime nobis iter tua dilectio clausit, cur-
 que vt audistis nos in tuos honores venisse, obuam
 non concurreris, miramur, cum eam in omnibus nostris
 negotiis curam gessisse semper nouimus: & vbi nos prope
 fuisse audieras, tuis vniuersis postpositis seriis ad nos fe-
 stinanter properaueras. Vnde cernimus quoniam istud
 non ex corde, sed pro fidelitate tui senioris taliter feceris,
 quod ideo parcimus; ecce enim, vt audistis, & nos etiam
 vobis iam literis significauimus, pro quibus in Gallia par-
 tibus Synodum celebrauimus. Et Hludouicum glorio-

Concil. Tom. 24.

V